



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 22. Celebria ædificia ab hoc Cardinale condita

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

igitur se morti proximum sensit, inter ~~sacul.~~ XVI.
sublimis, quam semper profitebatur, pie- A.C. 1517.
tatis signa animam egit die octava No- Hieronym.
vembris Anno Salutis millesimo quin- Garimb.
gentesimo decimo septimo, ætatis suæ Raynald. an.
ferme octogesimo primo, postquam Ar. 1517. n. 103.
chiepiscopali Toletanæ Ecclesiæ viginti
duobus, Castellæ regimini uno anno &
decem mensibus præfuisset. Sepultus
est in Complutensi Collegio S. Ildephonsi
a se erecto.

§. XXII.

*Celebria ædificia ab hoc Cardinale
condita.*

Ximenius haud segnius Ecclesiæ, quam *Ciacon. pag.*
publicis Regni negotiis sua sacrabat^{286.}
studia; semper intentus, ut depravatos
Clericorum mores corrigeret. Præterea
inter Conventuales Franciscanos, & illos,
qui de *Observantia* dicuntur, concordiam
felici-

gimus, hunc extremis vitæ suæ diebus aliquan-
to serius, quam solebat, in publicum prodiis-
se; ac Regem ejus amulsi id culpantibus respon-
disse: *Plus momenti in unius Ximenii salute ad
Reipublicæ incolumentatem vertitur, quam in om-
nium privatorum negotiis.* Quis ergo Regis fi-
duciam, Ximenii humilitatem cum narratis con-
ciliabit?

Hist. Eccles. Tom. XXXIII.

R

Sæcul. XVI. feliciter reduxit, Complutensia Biblia
A.C. 1517. Latino, Græco, Hebraico, ac Chaldaeo
 idiomate sumptibus suis edi curavit, ac
 inter cetera pietatis monumenta Compluti
 duo ampla æque ac magnifica Virgi-
 num asceteria condidit, eaque supplecti-
 li, cunctisque necessariis liberaliter in-
 struxit, & magnis redditibus auxit. Præ-
 terea simul unius integræ anni sumptus
 suppeditavit, ut hæ Virgines intactis u-
 nius anni proventibus eo facilius consue-
 tas fundationis suæ expensas ferre, ac
 specialibus prospicere possent. Ex hisce
 monasteriis primum dicabat pauperibus
 Virginibus, quas sola morum probitas
 Religiosi Status sanctitati idoneas com-
 mendaret: quapropter non modo pro in-
 gressu quicquam exigere, sed etiam spon-
 te oblata accipere severe inhibuit. Præ-
 scripsit autem hisce Virginibus S. Fran-
 cisci Regulam particularibus statutis mi-
 tigatam, Protectorem vero dedit S. Jo-
 annem Poenitentem.

Alterum monasterium priori sat vici-
 num nobilibus quidem, sed tenuis for-
 tunæ Puellis magno numero ibidem edu-
 candis destinabat. Profitentur illæ pari-
 ter S. Francisci Regulam, in pluribus
 tamen austерitatibus temperatam; quippe
 ingressis aut solemini votorum sponsio-
 ne se Deo obstringendi, aut ad sæculum
 rede-

redeundi plena conceditur libertas. Ho-
rum institutum quatuor statutis a Cardi-
nale conditis a ceteris distinquitur. I.

Sæcul. XVI.
A. C. 1517.

Puellæ, quæ apud sacras Virgines vi-
vunt, gratis sine ulla pensione recipiun-
tur, atque educantur. II. Omnibus,
quæ ad nobilium Virginum institutionem
in sæculo spectant, artibus imbuuntur,
ut fors nupturæ cunctis, quæ hujus sta-
tus ratio exposcit, plene instructæ essent,
aut si in sacrarum Virginum collegium
sele abdore cogitent, ceteras Puellas cu-
ræ suæ creditas eo aptius instituere va-
lerent. III. Si quædam Religiosa fatis
fungitur, in ejus locum nonnisi ex illis
una, quæ commensales erant, suscipi-
tur, ita tamen, ut ingressus omnino li-
ber, atque ab humanæ rationis impulsu
exemptus sit, nec pro receptione Novi-
tiæ, aut votorum sponsione pecuniæ vel
munera ullen tenus accipientur. IV. Pri-
mi anni redditus parce fiunt, ac persolu-
tis communibus expensis residua pecunia
singulis annis seponitur, ut inde certus
Virginum in hoc monasterio educatarum,
aliunde dote carentium numerus dotari
possit. Nuncupabatur hic Virginum cœ-
tus monasterium Isabellæ, in memoriam
Reginæ, quæ in illud summe Beneficia,
amplos eidem redditus testamento reliquit.
Philippus quoque Rex hujus nominis
secundus certos redditus annuos pro quin-

R 2 qua-

Sæcul XVI quaginta Puellis eidem monasterio aſ-
A. C. 1517. signavit.

§. XXIII.

Carolus Austriacus in Hispaniam delatus.

Anton. de Vera hift.
Car. V p. 17.
Sandovalvi- da del Car- los V.
De Thou hift.
I. I.

Mense Septembri Carolus e Belgio dis- cefſit, numeroſo comitatu ſtipatus; habuit enim itineris ſocios viginti Co- mites, Marchiones, aliosque primariæ stirpis Proceres, præter ſexaginta Nobili- les, qui de Regis menſa commedebant. Præterea Regem comitabantur centum equites, nec non milites ad corporis cu- ſtodiā electi ac trecenti Ministri ſeu Regis Domestici. Clafsem vero ex Hol- landia, & Zeelandia adductam, necnon Hispanam, a Ximenio ſubmissam, Oſten- dæ conſcendit, & Belgii regimen inte- rea Margaritæ ſuæ Amitæ reliquit. Tandem ſecundis ventis Villævicioſe portum in Asturiæ Provincia ingressus, a compluribus Hispaniæ Proceribus, quos Joanna Regina ejus Mater obviam præ- miferat, ſolemni prorsus pompa excipie- batur. Referunt nonnulli, quod Caro- lus nullam Vallisoleti moram traxerit, ſed recta Turrim Sillanam contenterit, ac ibidem Regina ad filii ſui alloquium, con- gregatumque venerit, ubi ambo tenerri- mi affectus ſignificationibus non ſine magno